



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 1. Papa ad veniam Florentinis dandam tardus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)



Ludovicus IX. Rex ad pedes S. Francisci de Paula pro voluntus.

I. Storckian Sc. A.V.

# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBER CXV.

SIXTUS IV. PONTIFEX MAXIMUS.  
FRIDERICUS III. OCCIDENT.  
IMPERATOR.

## §. I.

Papa ad veniam Florentinis dandam  
tardus.

Difficilior erat, quam credebatur Pon-  
tificis cum Florentinis reconciliatio, Sixt. XV.  
A.C. 1479.  
nil proficientibus Franciæ Legato-  
rum precibus, atque minis. Exstat hanc Papiens.  
Hist. Eccles. Tom. XXX. A in epist. 680.

Sæcul. XV. in rem Epistola, quam Anno millesimo  
 A.C. 1479. mo quadringentesimo septuagesimo nono  
 die prima Januarii ad Cardinalem Pa-  
 piensem quidam illius Amicus Roma  
 dedit, ac de rebus Mediolanensis agen-  
 hæc scripsit: *Legationes de pace ex tota*  
*orbe Romam missæ, infecto negotio domini*  
*redierunt. Occlusit aures sanctissimus Do-*  
*minus fleti nescius: in postulatis illa est pro-*  
*cipua contentio, ut Laurentius Medicus*  
*Florentia expellatur, atque dedatur. Hi-*  
*dem Amicus Cardinalem adhortatur, i-*  
*Papam a vindicanda Pisani Archiepisco-*  
*pi cæde avocaret, Da operam, inquit i-*  
*le, circa summi Pontificis aures, qualem bo-*  
*ni omnes cupiunt. Sat pugnatum est, ne*  
*fortasse nisi temere utrobique. Sed ea*  
*sancissimi Domini gloria, nolle etiamsi po-*  
*sit, dolorem ultra ulcisci. Cernis, quo*  
*periculo versemur. Immanissimi hostes Tu-*  
*cæ præ foribus sunt, quibus Respublica*  
*Christianæ intestinis discordiis proditus*  
*Nihilominus plusquam integer annus ei-*  
*fluxerat, donec defervesceret ira Pontificis,*  
*& quamvis Regibus, & Principibus*  
*Christianis concordiam assidue com-*  
*mendaret, rogaretque, ut junctis animis*  
*atque viribus bellum adversus Turcas*  
*fuscoverent, ipse tamen pacem fidelibus*  
*Christianis concedere recusabat, eo quod*  
*hac agendi ratione de Medicæis ultio-*  
*nem sumere statuisset, si tamen potissima*  
*Scripto-*

Scriptorum pars hac in re fidem me- Sæcul. XV.  
retur. (\*) A.C. 1479.

## §. II.

*Petri Oxomensis errores damnati.*

Hoc anno Sixtus IV. confirmavit sen- Argentre  
tentiam, qua Alphonsus Carillus collect judic.  
Toletanus Archiepiscopus errores per de nov. er-  
strinxit, quos Petrus Oxomensis Theo- ror p.298.  
logiæ in urbe Salmanticensi Doctor  
vulgaverat; hic enim in quodam tra-  
statu de confessione typis impresso se-  
quentes erroneas propositiones docebat.

I. Peccata mortalia tam quoad culpam, quam  
quoad pænam alterius vitæ sine respectu  
ad claves Ecclesiæ sola cordis contritione  
delentur. II. Confessio peccatorum in par-  
ticulari & quoad speciem non a jure divino,  
sed duntaxat ab universalis Ecclesiæ decre-  
to descendit. III. Pravæ cogitationes con-  
fessioni non sunt subjiciendæ, sed sola disipli-  
centia absque ordine ad confessionem expian-  
dæ. IV. Peccata occulta, non vero aliis  
cognita confessione sunt pervulganda. V. Con-  
fidentibus absolutio ante adimpletam injun-  
ctæ

(\*) Impia pax, quæ enormi scelere obnoxiiis,  
& contumacibus, cum lœsione sacrarum legum,  
ac Pontificiæ autoritatis vilipensione, concessa  
fuisse; ac præcox venie facilitas, & impuni-  
tatis spes maxima est illecebra peccandi.